



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 124. Matthias delata in Hungariam corona Rex salutatus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sæcul. XV. quam illi semper communibus juribus
 A.C. 1464. ac privilegiis in utroque Regno uti pos-
 sent. In hisce tamen concordiae legibus
 de sexaginta, ut inquit Bonfinus, vel
 juxta alios, de octoginta aureorum milli-
 bus, quæ Rex Hungariæ Friderico nu-
 meraret, nulla facta est mentio; hic enim
 articulus secretus suppressabatur; eo-
 quod turpe, ac Cæsareæ Majestatis indi-
 gnum censeretur, ejusmodi pactum ta-
 bulis apponere.

§. CXXIV.

*Matthias, delata in Hungariam coro-
 na, Rex salutatus.*

Bonfin. l. c. Igitur corona, quam Hungari non mi-
Thuros c. 66. nori veneratione, ac religione exce-
Naucler. vol perant, ac olim Troyani sacrum Palla-
3. gener. 49. dis simulacrum servabant, tandem resti-
 tuta fuit. Magnifica prorsus erat pom-
 pa, qua rursus illa in Regnum defereba-
 tur; quippe in Germaniam usque mit-
 tebantur Legati, qui diadema reciperent,
 illudque tria equitum millia comita-
 bantur; credebant enim Hungari, pa-
 lamque asserebant, quod ab hac sola co-
 rона Regis sui incolumitas, ac Monar-
 chiae spes dependeret. Ergo Matthias
 seria sexta Majoris Hebdomadæ Anno
 millesimo quadringentesimo sexagesimo
 quarto hoc diademate in celeberrimo Re-
 gni

gni conventu coronatur. Cum vero Rex ^{Secul. XV.}
 Hungariæ unice intentus esset, ut in fo- ^{A.C. 1464.}
 lio, quod pacis beneficio tranquille ade-
 ptus est, etiam armorum potentia sese
 firmaret: hinc cum Equitibus Porussis
 foedus iniit, junctisque viribus Zoyni-
 chum superioris Myfniæ oppidum obsi-
 dione cinxit. Ubi vero eidem nunciaba-
 tur, quod numerosus Turcarum exerci-
 tus appropinquaret, totoque impetu jam-
 jam regnum invaderet, Matthias quan-
 tocius relictis omnibus belli tormentis
 ac plerisque impedimentis auffugit. In-
 certum, an Mahometis copiis resistendo
 sese imparem crediderit, aut forte nimio
 terrore perculsus fuerit; semper tamen
 præceps adeo fuga ejus nomini labem
 aspersit.

§. CXXV.

Nuntius Pontificius a Rege objurgatus.

Ceterum in Hungariæ Regis aula ver-
 fabatur quidam Episcopus, Nicolaus
 nomine, qui a Papa missus in Pannonia
 Nuncium agebat. Hic, cum esset homo
 seditionis, ac turbulentus, necnon calu-
 mniandi licentiae deditus, præcipuos au-
 læ Proceres apud Regem falsis crimina-
 tionibus suspectos reddere conabatur;
 & quamvis a Rege hac super re saepius
 L 3 fuisset